



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

§. 1. Quid sit, quæ ejus materia, forma, Officium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

CAPVT II.

De Subdiaconatu.

§. I. Quid ille sit, qua materia, & forma constet, & quod ejus Officium.

1. Subdiaconatus est Ordo Sacer Ecclesiasticus, quo datur potestas assistendi in altari Presbytero sacrificanti, ministrando ei Calicem cum vino, & patenam cum Hostia, & item potestas legendi Epistolas in Missa.

2. Materia, & forma est duplex. Altera, est Calix cum Patena sine vino, & Hostia, quæ est materia remota, nam proxima est ejusdem porrectio cum hac forma ex verbis monitoriis composita potius, quam ex imperativis. Videte cujus ministerium vobis traditur, ideo vos admonet ut ita vos exhibeatis, quod Deo placere possitis. Ita post accuratam considerationem se invenisse, asserit Vasquez tom. 3. in 3. p. d. 2; 8. c. 5. n. 52. cum plausu sanctorum Auditorum; nam sic, ait, constabit hoc Sacramentum, more cæterorum rebus, & verbis, & non est cum molestia quærendum, cur hic Ordo conferatur sine forma verborum: Altera materia remota, est liber: proxima, ejus porrectio: forma hujusmodi. Accipite librum Epistolarum, & habete potestatem legendi in Ecclesia Sancta Dei tam pro Vivis, quam pro Defunctis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

3. Ex his materiis, & formis nonnulli sentiunt ut Vasq. Coninch. Marc. apud Leand. de Ord. d. 3. q. 14. Castrop. de Ord. d. vn. part. 4. n. 13. vocans id commune & certum, conferri Subdiaconatum per priorem. Alii vero ut Medin. Filliuc. Averfa G. Hurt. aliique ap. Leand. citatum, per priorem simul, & vnitim cum posteriore. Id quod, & an duplex Character partialis imprimatur? & duplex conferatur gratia, an potius vnus, & vna? similesque quæstiones, quæ ad praxim non faciunt, Doctores citati prosequantur.

4. Munera Subdiaconi, idest Subministri Sacerdotis, his verbis numerantur in Pontificali. Subdiaconus debet,

- I. Aquam ad ministerium altaris præparare.
- II. Diacono ministrare.
- III. Pallas altaris, & corporalia ablueri (de hoc omnino vide in cap. 2. §. 1. num. 5. in nostro Opusc. de Sacr. Missa.)
- IV. Calicem, & Patenam in usum Sacrificii eidem offerre.
- V. Panem consecrandum pro populo in altari ponere. Hæc in Pontificali, quibus in aliis Rubricis additur,
- VI. Crucem in supplicationibus gestare.
- VII. Epistolam in Missa solemniter canere.
- VIII. Denique Subdiaconus ad mulierum januam, sicuti Diaconus ad januam virorum, dum in templum ingrediebantur, antiquitus, Ap. Clem. Rom. 1. 8. conf. c. 11. alias 15. ad sexus distinguendos, assidebant.

5. Hæc sunt Subdiaconi munera, quibus adde obligationes duas, quas sub mortali in susceptione sui Ordinis contrahit, puta Castitatem servandi, & horas Canonicas persolvendi.

6. Denique tria adverte. Primo porrectionem, seu traditionem prædictam quæ est materia proxima Subdiaconatus, ut etiam similem traditionem in Diaconatu, & Sacerdotio, debere, sub pœna nullitatis Ordinis, fieri ab Episcopo ordinante: quæ tamen invaliditas non ita clare apparet in Minoribus Ordinibus, nam olim ab alio quam ab Episcopo, hoc est ab Archidiacono tradebatur Acolyto materia, ut notavit Vasquez, loc. cit. disput. 237. cap. 2. num. 23. ap. Au. quæst. 2. de Ordin. inir. sess. 2. Secundo formam priorem Subdiaconatus dictam num. 2. solum esse illa verba: (Videte cujus ministerium vobis traditur) cætera enim videtur solum ad

I 4 adhor

cal. cap. 11. n. 2. sed ex capite dictæ infidelitatis in re non potabiliter gravi.

15. Hunc autem Clericum si beneficio gaudeat, vel Ecclesiastica pensione, illis privati, statim ipso jure, initio valide matrimonio, ne te, quæso prætereat. Lege Sanchez l. 7. de matr. disp. 4. n. 5. Castrop. de Ord. d. vn. p. 17. n. 15. Laym. lib. 4. tr. 2. cap. 14. n. 2.

AN TONSURA INITIATIVS, SIVE SIMPLEX Clericus, sive Beneficiatus peccet, si Tonsuram, quam Clericam appellamus, non deferat.

Idem per occasionem querimus de Initio in Sacris; Et quid de vestibus Clericalibus?

16. Triplex est, quoad Clericam, sententia. Prima, doctet (cum Panorm. S. Aug. Tab. Arm. Sylvest. Bañ. Soto apud March. de Ord. tract. 2. p. 1. cap. 6.) omnes Clericos peccare mortaliter, si Clericam ferre negligant per tempus notabile. Secunda satis communis cum Vasq. tom. 3. in 3. p. d. 20. cap. 8. G. Hurtad. de Ord. diff. vlt. Sanch. in consil. 7. c. 1. d. 49. Leand. d. 13. de Ord. 9. 34. & 35. (asserit, non omnes, sed ceteros Beneficiatos, & constitutos in sacris. Tertia contendit, cum March. loc. cit. tract. 2. p. 1. c. 6. Castrop. de Ord. d. vn. p. 18. n. 3. Caët. aliisque apud Dian. p. 3. ar. 4. resol. 183.) nullos peccare mortaliter, nisi adu temeritas, contumacia, & contemptus.

17. Hinc tertie sententie ego adhaereo libentius. Ratio est, quia consideratis diligenter, expensisque singulariis textibus allatis à contrariis sententibus, nullum inveniri, qui præceptum, saltem grave, contineret, quam diligentem considerationem hic inferere animus fuit, verum, quia post meum in expendendo labore impensum (sincerè enuntio, me non mentiri) incidi in March. loc. cit. apud quem legi, meam diligentiam ab ipso fuisse præventam, ideo judico, satis, superque e esse, si te ad illam, Lector benigne, remittam.

18. Excepi autem contemptum, &c. quod ex Caëtano sic discite notavit Layman. lib. 5. tract. 9. cap. 1. 2. num. 2. his verbis, in quibus statuitur etiam de vestibus, & comprehenduntur item initiati in Sacris. Sylvester, Armilla, Vasquez, aiunt, non esse mortale, Clericum Beneficiatum, vel constitutum in sacris non ferentem Tonsuram, aut habitum Clericalem (seclusa contumacia, & contemptu) nisi nonnulli excessus fiat ultra modum consuetum: Et hoc placet, tum esse mortale, si spectatis circumstantiis persona, loci, durationis temporis, &c. Clericalis Tonsura, & habitus negligens notabiliter repugnet honestati, & bono exemplo Clericorum, cujus gratia talis habitus lege Ecclesiastica, præcipitur. Sin vero ex justa causa, vel ad tempus breve, sine honestatis detrimento, habitus deponatur, nulla omnino culpa est. Spectanda etiam est cuiusque Divocis consuetudo. Hæc Layman. quæ quasi iisdem verbis, approbat Castropalaus loco citat.

19. Nec dissimilis est Trullench. l. 6. de Ord. cap. vn. d. 3. num. 6. cujus verba exscribere non erit inutilis, qui explicant prædictam Layman, & Caëtani doctrinam; Sic enim ait. Caëtanus docet, Initiatum non gestantem habitum Clericalem, & Tonsuram apertam, tunc peccare mortaliter, quando adest temeritas, contumacia, & contemptus, cujus sententia sustineri posset, si adesset aliquod signum, quo appareret Clericus, quod tanquam probabile admittunt Ledesma, & Villalobos: Secus tamen si nullum signum Clericatum appareat, ut si habitum Laicalem, & eorum sine corona deferret. Ideo, & bene prædicti Villalobos, & Ledesma concludunt, Clericum Initiatum, tunc solum non peccare mortaliter, cum ita deferat habitum ut videatur non Clericus. Excipit semper necessitatem justam, qualis esset paupertas, vel fuga inimici, parvitatem item temporis ob aliquam congruentiam, &c. Hæc ex Trull. Addo ego Barb. & G. Hurt. l. c. & Vasq. l. c. cap. 2.

adhortationem pertinere. Lege Vasq. citatum dicto n. 2.
Tertio, in secunda forma invocationem Sanctissimæ
Trinitatis non esse de necessitate Sacramenti, lege Bo-
nac. de Sacram. d. 8. q. vn. part. 3. num. 14. Cum autem
dicatur (videre) in plurali, rationem à Theologis scholasticis petito.

S. II. *Quæstiones aliquot circa materiam
Subdiaconatus.*

**SI TRADATUR CALIX SINE
PATERNA, VEL CONTRA, VALIDÆ EST ORDINATIO?**

1. **V**alidam esse putat Sylvest. *V. Ordin. 2. q. 11. sine*,
invalidam Marchinus, *de Ord. v. 2. p. 6. cap. 1. d. 2.*
& Leander, *de Ord. d. 3. quæst. 15.* quia Concilia semper
vtrumque exprimunt. Et ratio ipsa dicat, ut vtrumque
tradatur, sicuti ad vtramque partem Sacrificii, nimirum
Corporis, & Sanguinis Christi, illa traditio refertur,
certè hoc posterius saltem in praxi, vtpote tutius, & me-
liori rationi innixum, erit sustinendum, idque satis con-
firmabitur ex dicendis de Sacerdotio mox, cap. 3. n. 9.
vbi dubiam putavimus ordinationem Sacerdotis, si por-
rigatur sola Hostia, vel solus Calix.

**AN IN SVBDIACONATV CALIX,
& PATENA NON CONFECRATA SUFFICIENTI AD VALOREM
ORDINIS, VTI ITEM IN SACERDOTIO?**

2. Sufficere docet Bonacina, *de Sacram. d. 8. quæst. vn.*
p. 3. n. 5. Diana, Sa, aliiq. cum Leand. *d. 3. de Ord. q. 16.*
quia nullo iure præcipitur, illa debere ad hunc effectum
esse consecrata. Non sufficere contendit Castropalaus:
de Ord. d. vn. part. 4. n. 15. quia, per hæc non consecrata,
nequaquam significatur, tangentem ea vasa deputari ad
rem sacram Sacrificii. & quia secus posset, dici esse ma-
teriam aptam quodlibet vasculum, ligneum, coriaceum,
argillaceum.

Denique March. *de Ord. p. 6. c. 1. d. 1. n. 3.* Bonac. senten-
tiam post factum tolerat, non verò antea, quia Calix
non consecratus non est Calix in iure Canonico.

3. Equidem assero, Primo, Marchin. dictum (cum sit
de valore Ordinationis, ut ratio ab ipso allata clare de-
monstrat) sustineri non posse: quando enim ante ordi-
nationem inepta est materia, est item postea, & è contra.
Si enim vnquam valet illud axioma juris. *Quod ab initio
invalidum est, vultu temporis non conualecitur*, certe valet
in administratione Sacramentorum, in quibus, ut omnes
scimus, & alibi nos explicuimus, retrotractio, & fictio
iuris locum habere nequaquam potest.

4. Affero Secundo, Bonac. sententiam esse probabili-
orem; & loquendo de Sacerdotio, mihi moraliter certam.
Ratio est, quia materia propria Sacerdotii est Hostia, &
Vinum, quæ etiam si dentur in manus ipsas ordinandi,
sufficientissima sunt ad Valorem Ordinis, cum solum
propter congruentiam tradantur in Calice, & Patena, ut
ex Vasq. aliiq. dicemus infra c. 4. §. 3. n. 5. Ergo parum
nocebit, si deficiant Calix, & Patena consecrata, cum so-
lum ad summum esset perinde, ac si Patena ipsa, & Calix
deficerent, modo ex alia parte ad sit contractus moralis,
qui sufficienter potest adesse, sicuti adesse ibidem n. 7. di-
cemus, si vero Calix, & Patena cooperta sint, vel in disco,
aut ata portatili materia consecranda tradatur, & per ve-
lum, vel per aram tangatur, Atque ex his patet respon-
sio ad rationes Castropalai.

Pro Subdiaconatu sufficit ratio allata n. 2.

**AN, IN SVBDIACONATV, VT ETIAM
IN CÆTERIS ORDINIBUS, & PRÆSERIM IN SACERDOTIO, SIT DE
NECESSITATE VALORIS SACRAMENTI, CONTINGERE PHYSICÆ MA-
TERIAM, AN POTIUS SUFFICIAT PORRECTIO FACTA AB EPISCOPO
CUM ACCEPTATIONE ORDINANDI?**

6. Id querimus in Ecclesia Latina: nam in Ecclesia

Græca non solum Subdiaconatum, verum etiam Diaconatum,
& Sacerdotium, & Episcopatum confecti per
num impositionem, nullus ignorat. Neque mirum
diversitatem, quia Christus Dominus instituit
& formas hujus Sacramenti Ordinis, non cum
moda determinatione, sed reliquit aliqua determi-
ni Ecclesiæ; Instituit enim veluti in genere in
pus per aliquod manuum signum, seu extensionem
communicaret ordinando potestatem; quale autem
signum esset, voluit, ut Ecclesiæ decerneret, quæ
Græcis determinata fuit extensio manuum super
impositio; in Latinis autem fuit extensio epulæ
num, qua porrigitur, seu tradantur ordinandi
dicta instrumenta: Et quidem, loquendo de Ordine
Sacri, Subdiacono porrigitur Patena, & Calix
no, & Hostia, Sacerdoti autem eadem Patena, & Calix
sed cum Vino, & Hostia: nam Episcopus, etiam in
tinis, confertur per manuum impositionem, & Diaconus
etiam per eandem impositionem confertur
tanquam per materiam inadquatam, ut non dicitur
Hunc explicandi modum, post accuratam considerationem,
video inter cæteros modos, ab aliis excogitatos
esse expeditionem, qui quidem modi poterunt legi
Doctores late vti Del. d. 1. de Sacram. sess. 5. March. de
tract. 2. part. 7. cap. 2. n. 9. Averf. de Ord. q. 2. sess. 1. de
de Ord. Alii quoque ab ipsis citati.

6. Plures ergo Doctores ut Cæterus Scot. Vidi. Laym.
Laym. Hurt. aliiq. apud Leand. *de Ord. d. 3. q. 16.*
& Averf. *l. mox citand.* non requirunt contactum phy-
sicum, & realem, ut necessarium ad valorem huius
num; satis enim esse putant, si ad sit contactus
id est ut ordinandus aliquo gestu corporis, v. g. manibus
ne manus significet se illa instrumenta, vel materiam
quæ offert, seu porrigit Episcopus, acceptatur. Vnde
plures ut Cæter. se retractans apud Leand. loc. cit. *Sacram.*
in confess. lib. 7. disputat. 1. dub. 2. Coninch. *de Sacram.*
dubitat. 7. March. de Ord. part. 5. num. 22. Averf. de
de Ord. sess. 2. Alii quoque ad prædictos, respiciunt
no, ut essentialium, prorsus, necessarium, & con-
physicum, & realem. Conflictus rationum est vtriusque
parte allatum, nimis obvius est apud citatos, non pro-
pterea à me, qui solam praxim promoveo, est
omitendus.

7. Illud deserte pronuncio Quamvis retrotractio
ita sit probabilis, nihilominus in praxi, ita adhibe-
bere physicum contactum vti qui solum moraliter
tigit, se iterum sub conditione ordinandos, & vtriusque
abstinere debeat ab exercitio Ordinis, præsertim Sa-
cerdotii. Ratio hujus monitionis, quam facit Hæreticus
Ord. d. 1. §. 1. licet prioris opinionis si ceteros est
tutus rigor, quos Ecclesiæ Latina contactum physicum
præcipit, & sollicitudo tanta, quæ is physica con-
in eadem Ecclesia servatur, ostendit illam esse
rium ad valorem.

8. Hinc Sacerdos sine physico contactu in
fessiones Fidelium excipere non posset, nec accep-
pendia pro Missis, nec redditus Beneficii Sacerdotii
quia nemo extra casum necessitatis, vult Absolutum
recipere, vel obligationem Sacrificii habere ab eo
cum ejusmodi dubitatione initiatus fuit, nec eadem
rigere pingues redditus Beneficiorum, &c.

9. Dixi (præsertim Sacerdotii) quia in Sacerdotio
grave periculum nullitatis Sacrificii, & Consecrationis
damnique Pœnitentium, nam propterea præter Sa-
cerdotium non puto necessariam in aliis Ordinibus præ-
etiam iterationem promotionis.

10. Inquires, prædictus contactus physicus debet
fieri simul physicè cum prolatione formæ?

Respondeo satis esse cum Leand. *disputat. 1. de Sacram.*
gener. quæstion. 16. alios citans, simul moraliter, vel
sive paulo post, sive paulo ante, ita tamen, ut
stantia sit valde exigua; nam verum moraliter esse
bet, quod dum Episcopus profertur formam, ordinandus